



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio secunda. Vtrum angeli in corporibus assumpti possint exercere  
opera vitæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Lib. II. Distinctio. VII.

affumant corpora. Secundò quomodo solent animabus illabi. Secunda ibi, illud etiā consideratione. Prima diuiditur in duas. Primo mouet questionem de modo affumptionis corporum, & solvit tangendo circa hanc diueras opiniones. Secundò gratia huius determinat de apparitione diuina. Secunda ibi, nec dubitandum est. Hac secunda diuiditur in tres. Primo proponit quod Deus apparuit. Secundò inquirit quodam circa modum apparitionis. Tertiò dicit quod per has apparitiones nunquam diuina essentia videbatur. Secunda ibi, sed nec Deum. Tertia ceterum aut verde nimis profunda. Hac est diuisio letionis & sententia in generali.

2 IN speciali sic procedit: Et querit primò, utrū angelii habeant corpora sibi naturaliter vnitæ, & respōdet q̄ qui dam opinati sunt eos habere corpora aërea, sed ante peccatum fuerunt corpora eorū subtilia, & impassibilia, post peccatum vero grossiora & ab igne passibilia. Et pro parte adducit autoritatē Aug. Alii vero dicunt eos essentialiter incorporeos. Et Aug. dixisse contrarium inquiringo non determinando. Et tamen licet sint incorporei assumunt tamen corpora quando cooperari debent circa nos, & post operationē ea deponunt in quibus corporibus hominibus apparetur & loquuntur, aliquādo in persona dei sine distinctione personarum. Aliquādo in persona allicuius persona diuina. Postea dicit q̄ Deus in corporali forma apparet hominibus per quā corporalem apparitionē aliquādo distinctio personarū representabatur. Aliquādo vero non. Deinde querit qualiter fiebat ista apparitus, utrū allequa creature fuerit formata de novo à Deo in qua Deus apparet, que opinio primò ponitur inter alias, vel utrū angelii ex inferiori materia ferment corpora que sibi coaptant quādā videntur, vel utrū sua propria corpora mirant in quales species volit secundū datam à Deo ēs potestatem: quæ quæstio, vt ait Aug. qui eam proponit, & querit, nō solvit. Deinde dicit q̄ diuina essentia à mortaliis nonquā potuit videri ut eis, sed omne visibile mutabile est ipse autē immutabilis, & ideo inuisibilis. Quærit ultimò, utrū angelii, vel dæmones, siue sint corporei, siue incorporei substantiāliter intrēt corpora hominū, & eorum animabus illabuntur, vel solum dicantur intrare per effectum malitiae: & responder quod solus Deus illabitur menti per essentiam, dæmō autē applicatione vel oppressione, & pro tanto dicuntur intrare, quia suggestio malitiam in nobis accedit: in hoc terminatur sententia, &c.

### QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum angelii sint corporei.

*Tho. I. p. q. 51. ar. 1. Q. 2.*

Hie queritur de quatuor. Primō de angelorū corporeitate. Secundō de operatione eorum in assump̄is corporibus. Tertiō de operatione eorum circa nostra corpora. Et quarto de operatione eorum circa animas nostras. Circa primi videtur quod angelii sint corporei, quia perfectior est vita in angelis quā in animabus, sed anima nō solum vivit, sed & corpus viuiscat, ergo & angelii corpora viuiscant, sed hoc non est nisi essent corporei, ergo &c.

2 Item Aug. de ecc. doc. dicit, angelos & omnes substantias intellectuales naturas corporeas dicimus, & sic idem quod prius.

3 SED CONTRA A est quod dici Dionys. 4. de diuini, no. quod angelii incorporeos & immateriales intelliguntur. Et arguitur per rationem, quia plus dependet corpus a spiritu quā spiritus a corpore. Est autem dare creaturam purē corporale non vnitam alicui spiritui, ergo multo fortius est dare substantiam spirituale non vnitam alicui corpori.

4 RESPONSI O. Dicendum quod angelum habere corpus, vel esse corporeū potest intelligi dupliciter. Vno modo quod habeat corpus naturaliter ei vnitum. Alio modo quod habeat corpus ei voluntariē assump̄um. Primo modo intelligendo questionem idem est quære an angelus sit corporeus, & utrū sit compositus ex materia & forma dante esse corporeū, quia spiritus non vnit corpori naturaliter nisi sicut forma materia, & actus potentiae: vno enim spiritus ad corpus quae est per modū motoris ad mobile, vel assūmetis ad assump̄ibile voluntaria est, & non naturalis. Si igitur angelus habeat cor-

### Quæstio I.

pus sibi naturaliter vnitum, oportet quod nomine angelii intelligatur, vel spiritus vnitus corpori ut forma materię vel compositum ex materia & tali forma. Primum nō potest dici quod secundū cōnuniter loquentes per nomen angelii semper intelligitur quid completem in specie & non pars speciei; refiat ergo quod secundo modo intelligatur. Et tunc quæsto hæc soluta est, per illud quod dictum est supra dist. 3. qu. i. vbi probatum est quod angelus non est compositus ex materia & forma. Et nihilominus potest addi alia ratio talis, duo corpora non possunt esse simul: sed angelus simul est cum corpore, ergo non potest esse corporeus.

5 Si vero loquamur de corpore voluntariē assumpto, Hoc potest esse dupliciter, quia vel assumitur in unitate personae sicut humanitas in Christo. Et hoc modo non possunt angelii propriæ & naturali virtute aliquid corpus assumere, quia sicut naturaliter competit accidenti in alio esse, & ei repugnat per se esse, sic substantia complete naturaliter competit per se esse, & ei repugnat in alio esse. Sed nulla virtute creata fieri potest quod accidens per se subsistat, sed fit hoc solum diuina virtute, ut in sacramento altaris, ergo nulla virtute nisi diuina fieri potest & substantia completa in alio subsistat.

6 Causa autem huius est, quia proprium modum essendi natura vnitæ non potest immurare nisi auctor naturæ, cū secundum cursum institutum vnum de necessitate sequatur ad alterum. Cū igitur corpus assumptibile sic natum per se subsistere, pater quod angelus non potest ipsum sibi vniire in unitatem personæ. Si vero assumatur solum ut mobile à motore representato sic potest angelus corpus assumere, quia sicut dictum est prius dist. 7. qu. 4. cū natura corporea obediatur angelis ad nutum possunt angelii determinata actiua coniungere ad determinata passiuā. Et sic formare qualia volunt corpora.

7 Cū igitur in his corporibus appareant aliq̄ proprietates vñibilis proprietatis inuisibilis angelii congentes tunc dicuntur corpus assumere, ut quando apparet in figura leonis, vel bouis, & huiusmodi per quorum proprietates intelliguntur spirituales virtutes angelorum, nec habent huiusmodi corpora veritate naturæ quā praetendunt: vnde si angelus moueat verū lapidē, aut corpus veri animalis ut in energumē, nō dicatur illud assumere, quia secundū Dionys. finis vñibilium formationū est ut ducant in cognitione proprietati substantia spirituālis, quod nō fit vñibiles proprietates secundū veritatem sunt in correspondenti corpore, quia tunc ducunt in cognitionē proprii subiecti, & non in cognitionem substantia spirituālis. Oportet ergo corpus quod ab angelo dicitur assumptum ministerio eius esse formatum, & habere proprietates aliquas secundū apparentiā tantum ducentes in cognitionem proprietatum substantia spirituālis: formantur autem talia corpora, maxime di aere insipissato qui facilimē colorati, & figurari potest, sicut pareat in nubibus. Et huius signū est, quia quidam nitentes corpus assumptum à dāmone scindere gladio non valuerunt, quia partes aeris diuisi statim continuabantur.

8 AD primum argumentum dicendum quod viuiscere effectiū simpliciter est perfectionis quod modo anima non viuiscat, sed formaliter, qui modus competit solum substantia, quæ est pars non habens in se integrum naturam speciei, vnde substantia intellectuālis & viuens quæ non est vnitā corpori ut forma (qualis est angelus) perfectior est quam ea quæ corpus formaliter viuiscat (ut anima.)

9 Ad secundum dicendum quod Aug. non loquitur asserendo, sed recitando opinionem aliquorum qui non estimauerunt aliquas substantias esse incorporeas, nisi corporibus vnitæ, adeo quod Deum dicebant esse animam mundi, ut August. narrat. in. 7. de ciui. Dei. vel dicendum quod loquitur comparatiū respectu Dei, respectu cuius omnīa incident in compositionem aliquam, & in tātum ad corpoream naturam accedunt.

### QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum angelii in corporibus possint exercere opera vita.

*Tho. I. p. q. 51. ar. 3.*

T 3 Ad

### Magistri Durandi de

**A**D secundum sic proceditur. Et videtur quod angelis in corporibus assumptis possint exercere opera vitae, quia loqui, comedere, moueri motu progressivo, generare & huiusmodi sunt opera vitae, angelii autem in assumptis corporibus leguntur fusse loquuti, & comedisse. Gen. 28. Et similiter ambulasse (vt angelus Tobiae) & alii quos generasse ut Merlinum prophetam. Et quod Gen. 4. dicitur, videntes filii Dei filias hominum & cetera, quare &c.

**2** Item in operibus angelorum praecepit beatorum non debet esse aliquid frustra, aut fictum, frustra autem & ficte formarentur in corpore assumpto per angelum oculi, narres, & alia sensuum organa nisi per ea angelus sentire, ergo &c.

**3 CONTRA A.** Opera vitae sunt a principio intrinsecos. Sed opera exercita in talibus corporibus sunt a principio extrinsecos distincte secundum suppositum (scilicet ab angelo) ergo &c.

**4 RESPONSO.** Hoc huius dicitur multipliciter ut habetur. I. Elen. vt lib. Arif. dicitur autem quia factus ab Arif. aut quis positus ab Arif. Et eodem modo opera vitae dici possunt, aut quia sunt effectus a principio vivente, aut quia sunt in subiecto viventes, et in quantum est viventes. Primo modo opera exercita per angelos in corporibus assumptis sunt opera vitae, sed secundo modo non. Primum patet de se, quia ex quo talia opera sunt ab angelo efficiuntur, & angelus est substantia vivens, sequitur quod sunt a principio viventes. Et sic sunt opera vitae. Sed isto modo non vocantur opera vite propriæ. Alioquin iactus lapidis ab homine diceretur opus vite, quod tamen non est consuetum dici. Secundum patet videlicet quia talia opera non sunt opera vite (hoc est subiecti viventis) quia factus secundus supponit actum primum. Sed in corpore assumpto ab angelo non est actus primus vite, et cum nulla substantia vivens vnitur ut forma, ergo in eo non sunt opera aliqua vita que sunt actus secundus, ergo angelus in corpore assumpto non potest exercere opera vite. Sed siquum ea quae per motum localē fieri possunt.

**5** A D primum argumentum dicendum quod angelii propriæ non loquuntur. Sed est ibi aliquid simile locutionis inquantum format sonos similes vocibus humanis. Et hoc potest fieri solum per motum localē ex determinata passione aeris. Item nec propriæ comedunt, quia cibis ab eis assumptis non conuertebatur in substantiam comedendis, nec conuerti poterat, quia hoc sit folum per virtutem animæ, sed resolutebatur in primitâ materiali, sicut aquæ virtute radii solaris resolutebuntur in vaporem, possunt ramen cibū sumere, trahere, & dividere, quia haec possunt fieri per folum motum localē, unde non est ibi vita commixtio, sed aliquid simile commixtio, & hoc est quod dicit angelus, Tobiae. 12. Cùm essem vobiscum videbar quidem manducare & bibere, &c. Similiter dicendum est quod motus talium corporum progressivus non est naturæ nec opus vite cum non sit a motore coniuncto sed separato secundum suppositum. De generatione vero hominum a demonibus aut non est verum (vt quidam afferunt) aut si sit verum secundum quod videtur velle beatus Aug. 15. ca. 23, de ciuitate Dei. oportet quod semen prius suscipiant a homine & deinde transfundant in matrem. Vnde oportet demonem prius esse succubum ad virum quam incubum ad mulierem, ut scilicet qui nascitur non sit filius demonis sed hominis. Et contingit tales esse viros potentes, & optime complexionis, quia demones scilicet proportionem feminis viri ad semen mulieris, & constillationem adiuuantem, & fomenta adhibere possunt ad conservationem caloris feminis quibus concurrentibus rationabile est sic genitos robustissimos esse.

**6** A D secundum dicendum quod non est frustra, nec fictitium quod in huiusmodi corporibus formentur similitudines organorum sensuum, licet per ea non sentiant. Non enim ad hoc formata sunt ut per ea sentiant. Sed ad hoc ut per huiusmodi organa virtutes spirituales angelorum designentur. Sicut per oculum designatur virtus cognitiva angelii. Et per alia instrumenta aliæ virtutes ut Dion. dicit vlt. cap. Coelest. Hierarchie. Sicut etiam parabolice locutiones non sunt false quanvis non sit sic in re sicut verba videntur sonare.

### Sancto Porciano

**QVÆSTIO TERTIA.**  
Vtrum dæmon possit subintrare corpus hominis.

**A**D tertium sic proceditur. Videtur quod dæmon possit subintrare corpus hominis, quia spiritus subtilior est quocunq; corpore sed aliqua corpora propter suam subtilitatem subintrant alia, ergo &c.

**2** Item non potest exire nisi qui intravit, sed dæmones frequenter compulsi sunt exire a corporibus hominum. Vnde dicitur: Luc. 4. obmutescet & ex a eo, ergo subintraverat.

**3 IN CONTRARIUM** est quod dicit quodam glōsa interliniaria super illud Abac. 2. Dominus aures in templo suo, quod assidere potest simulacris immundus spiritus, sed intrinsecus esse non potest, ergo multo minus in humanis corporibus.

**4** Item arguitur per rationem quia quocunq; sunt simili & indumenta secundum locum quicquid subintrat unum & alterum, sed corpus & anima sunt unum & indumenta secundum locum, ergo cum dæmon non possit subintrare animam (vt probatur in litera autoritate Bede & Gennadii) videtur quod nec corpus possit subintrare.

**5 RESPONSO.** Intrare & exire important motum localē: intrare enim est idem quod intra ire, & exire idem est quod extra ire. Ire autem motu importat, intra verò & extra sunt differentes loci, ideo secundum duplum opinionem quia habetur de loco & motu angelii, oportet duplum responderem ad hanc questionem. Qui enim dicunt quod angelis competit locus diffinitus, & per consequens motus ratione sua efficiens, quia limitata est, & finita necessitate habent dicere quod angelii possunt intrare, & exire quocunq; corpora circumscripta quacunque operatione, quod patet sic: quia si angelii non possunt subintrare corpora quocunq; hoc non est eo quod eis repugnet motus, vel locus, sed est soli, quia repugnat spiritui simul esse cum corpore. Sed istud non repugnat, quia licet corpus secum non comparatur aliud corpus. Corpus tamen & spiritus simul se compatunt, ideo &c.

**6** Si vero tenetur alia opinio quod angelis non conuenit locus quantus ad essentiam eorum, nec circumscripsit, nec diffinitus (vt dictum fuit in primo libro. d. 36. q. 1.) Sic sunt dicenda duo. Unum est quod angelis quantus ad eorum essentiam non conuenit intrare, vel exire corpus. Aliud est quod conuenit eis quantum ad operationem. Primum patet, quia a quocunq; remouetur superior & inferior, sed intra & extra cum sint differentes diuersus loci se habent ad locum sicut ad suum superiorum, ergo cum angelis non competit (secundum hanc opinionem) locus, per consequens non competit eis esse intra, vel extra, ac per hoc non intrare, vel exire, quantum ad eorum essentiam.

**7** Secundum patet, quod enim operatio angelii quandoque sit inter terminos quantitatis corporis, quandoque extra limites clarum est, quia potest angelus ab extra mittere corpus alterius nostrum corporis vel aliquid intra corpus existens localiter mouere puta sanguinem vel aliquem alium humorum quo facta angelus est intra terminos qualitatis corporis quo ad suam operationem.

**8 ARGUMENTUM T V M** primâ bene procedit secundum primam opinionem. Sed quo ad secundum dicendum quod subtilitati naturæ angelicæ cum sit alterius naturæ subtilitati corporis non conuenit moueri intra vel extra, nisi quantum ad operationem modo quo dictum est.

**9** Ad secundum dicendum similiter quod exitus demonum a corporibus quo ad primam opinionem fuit secundum eorum essentiam. Et sic etiam intrauerant. Sed quo ad secundum fuit virum solum secundum operationem.

**10** A D argumenta alterius partis dicendum ad prius quod dæmon dicitur non intrus adeste simulachro sicut forma ita quod ex dæmonie & simulachro fiat unum, sicut idololatrie putabant, nihil tamen prohibet ipsum intus esse, vel secundum essentiam vel secundum operationem.

**11** Ad aliud dicendum quod eo modo quo intrat corpus, intrat & animam, quia vel per essentiam vel per operationem est inter terminos quantitatis que est totius conuentus ex anima & corpore, licet forte magis respicit vnum quam alterum.

QVÆ-